

## III.

Notæ Apologeticæ , oppositæ notis Dn.  
D. GROSSII &c. die 26. Octobr. 1664.  
Colbergæ scriptis & Gedanum missis  
ad Rev. Ministerium.

## I.

**S**I non credit D. G. Præfationem J. Schwartzii  
in Concionem & librum ejus ab Academia  
Gryphiswaldensi & Wittebergensi approbatam  
esse, hoc nihil ad me. οὐδὲν πρὸς ἡπτό.

II. Ad literas J. P. C. P. respondi , inductus  
officio confitendæ veritatis, non exercendæ acer-  
bitatis in censendo, ut D. G. putat. Hoc negavi  
& adhuc nego. Nunquam dixi , TOTAM Ec-  
clesiam Pomeranicam Syncretismo infectam esse.  
D. Gross. mihi affingit falsa. Ejus Superinten-  
dentem , non αἴτιον , sed hypotheticè accusavi  
Syncretismi , qvod patebit ad oculum ex meo li-  
bello & Judicio. Sophistæ est , ex hypothetica  
cudere simplicem enunciationem. Falsum, me  
à L. Colbergio ad censuram fuisse pertractum.  
Petiit non solus L. Colbergius , sed & Collegæ  
eiusdem. Probationum non sum expers.

III. Rupit amicitiam Dn. D. Gross , accusans  
me , qvod Syncretismi illum non insimulaverim  
in tot literis ad ipsum exaratis ; cum tamen opti-  
mè nosset , qvid sentirem de opinionibus Syn-  
cretisticis. Rupi literarum commercium , qvod

H 3

animad-